

Matth. 21.
Cyrill.

à templo; sicut etiam Matth. 21. n. 23. dixerunt: In qua potestate hæc facis? Et ob hanc particulam probabilior mihi videtur, expositio à nobis data, quam sententia D. Cyrilli lib. 2. c. 31. dum existimat, quòd Judæi signum petebant ob id quod Christus Dominus dixerat, domum Patris mei, ac si dicerent Ostende nobis signum, quòd sis filius Dei. Sed Judæi non dicunt: Ostende nobis signum, quòd hæc dicis, sed quia hæc facis, scilicet quod ejicit nos à templo, quod ipsi maxime dolebant.

Ioannis 2. n. 24. Respondit IESUS, & dixit eis: solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

VERSIONES.

Syriacus, Pagni- Destruite templum hoc, & tribus diebus ego erigam illud.

Tertul. lib. de pu. Evertite templum hoc, dicitia, c. 16. & ego illud in triduo & lib. de carnis resurrect. c. 18.

D. Eucher. in cap. Post triduum suscitabo illud. 49. Gen.

EXPOSITIO.

84. DOMINUS, ut omnis calumniandi amputetur occasio, petentibus signum dat, sed valde ænigmaticum ac parabolicum; nam auditores nodæ veritatis capaces non erant. Et ait Dominus: Solvite templum hoc. Rectè verbo solvendi usus; de se enim sub templi metaphora Dominus loquitur, ut ipse Evangelista explicat: Ipse autem dicebat de templo corporis sui. Et rectè mors dicitur solutio: Cupio dissolvi, & esse cum Christo, ad Philip. 1. n. 23. nam licet, dum domus destruitur, lapides, ac pavimenta solvantur, seu separantur, ita etiam dum mors intervenit anima à corpore desumitur. Et ait, Solvite; quod non est imperantis, ac exhortantis, ut norant Theophylactus, Euthymius, Carthusianus, Albertus Magnus, D. Thomas, sed pronunciantis, quod facturi erant, ac permittentis, ut sit sensus: facite de corpore meo, quod vultis, ac machinamini, illud vobis expono: sicut dixit Judæ Joan. 13. n. 27. Quod facis, fac citius; non adhortando sed ejus arbitrio relinquendo. Est enim phrasis Hebraica, ut notat Vatablus in scholiis, sæpe enim imperativum pro futuro ponitur Isai. 6. n. 10. Excaeca cor populi hujus, & aures ejus aggravava, & oculos claudes, quæ verba, ut ibi ponderant D. Hieronymus, Lyranus, Carthusianus, & alij à Domino per Prophetam dicta sunt per modum pronunciantis, quod futurum erat, scilicet, excæcabis, aggravabis, & claudes. Et melius nostra vulgata habet, solvite, quàm id, quod alij legunt, destruite, evertite; quia licet in aliis mors sit destructio, quia corpus in cineres redigitur; in Christo tamen solum fait solutio, in triduo enim solum

Mors dicitur solutio.
Philip. 1.

Theophil.
Euthym.
Carthuf.
Alb. Magn.
S. Thom.

Joan. 13.

Vatabl.
Isai. 6.

Christi mors dicitur solutio.

anima separata est à corpore, quod in pulverizationem non abiit. Psalm. 15. num. 10. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Tribus diebus. Synecdocha locutio est, ut advertit August. in qua ponitur pars pro toto. Exortabo illud, quali de somno, ut notat D. Bonaventura; quod dicitur ob brevitatem temporis mortis ante resurrectionem. Psalm. 3. num. 6. Ego dormivi, & separatus sum, & resurrexi. Et non dixit, excitabitur, seu, Pater excitabit illud, sed ait: Ego excitabo, ut ostendat, se propria virtute à mortuis resurgere. Nam quamvis communiter dicatur, quod Pater resuscitavit Jesum, Actor. 2. num. 24. & 3. num. 15. & ad Rom. 4. n. 24. & 2. Corin. 4. num. 14. attamen Christus hic ait, quod suscitabit, & in hoc nulla est contrarietas, ut bene D. Thomas notat hic D. Thomas, quia eadem est Patris, & Joan. 5. Filii virtus. Et ita dicitur Joan. 5. num. 21. Sicut enim pater suscitavit mortuos, & vivificavit sic & Filius, quos vult, vivificat. Quod dubium explicans Divus Ambrosius in cap. 1. super Epistolam ad Galatas, ait: Ipse excitans se à mortuis, corpus suum significat; se à mortuis excitasse; & nihilominus tamen à patre suo dicitur excitatus, propterea quod omnis virtus Filij de Patre est, ut gesta Filij facta sint Patris. Pater cum divina natura omnia suo Filio attributa communicat, proinde quæ Patri conveniunt ad extra, etiam Filio, & Spiritui sancto conveniunt. Cur autem Christus Dominus dixerit, tribus diebus, dicam infra.

85. August.
Bonavent.

Psalm. 3.

Ambros.

QUÆSTIO XVII.

Quid hic intelligatur nomine templi?

86. CERTUM est, quod Christus Dominus hic de materiali illo non loquebatur templo, à quo vendentes ejecerat, sed de templo, quod in triduo resuscitatum, ac reedificatum est, Templum Dei, spiritualiter significat justos, Ecclesiam, ac Christum Dominum in his enim habitat Deus. Primo templum. Sanctos significat. 1. Cor. 3. & 1. Cor. 3. num. 16. Templum Dei sanctum, quod estis 1. Corinth. 6. num. 19. Membra vestra templum sum Spiritus sancti 2. Corinth. 6. num. 16. Vos estis templum Dei. Denotat etiam Ecclesiam. Psalm. 10. n. 5. Dominus in templo sancto suo. Psalm. 110. & 17. 17. n. 7. Exaudivit de templo suo vocem meam Jerem. 30. num. 18. Et templum juxta ordinem suum fundabitur. Ezech. 23. num. 4. Et majestas Domini ingressa est templum. Significat etiam Joaz 2. templum Christum Dominum. Psalm. 64. num. 6. Templum sanctum est templum tuum mirabile in aquitate. Joaz 2. n. 5. Rursus videbo templum sanctum tuum. Valde tamen diversimodè habitat Deus in Sanctis, ac in Christo, ut notant D. Hilarius lib. 8. de Trinitate. Divus Cyrillus lib. de recta fide ad reginam Ansbertus in c. 11. Apocal. Theophylactus hic, nam in Sanctis habitat Deus spiritualiter per gratiam, at in Christo Domino substantialiter, realiter, & vere. Et sic Deus est verè, & realiter in Ecclesia in sacramento Eucharistia, hoc est mediante corpore Christi, cum quo facit unum compositum ineffabile. Unde concludit Ansbertus, quod corpus Christi singulariter, ac principaliter templum Dei vocatur.

De

87. Dion. Alex.

Zachar. 13.

Psalm. 146.
Valde miri quod homines divisi uniantur.

88. D. Thom.

Origen.

89.

August.
Chyrost.
Cyrill.
Ibid. Pelus.
Leo.
Fulgent.
Alb. Magn.
D. Thom.
Bonavent.
Rupert.

De quo templo seu de quo significato loquatur Christus Dominus dubitari potest, Divus Dionysius Alexandrinus in epist. contra Paulum Samosatensem. quæst. 3. habetur in rom. 3. Bibliothec. exiit mat per templum hic à Christo intelligi sanctos Apostolos, qui lapides sancti, ait Divus Dionysius, tempore passionis à fundamento fuerunt revolvi, dispersi sunt alii ab alio. Percute pastorem, & dispergantur oves Zachar. 13. num. 7. Sed à mortuis tertia die suscitatus Deus Israël Dominus noster, dispersos adificavit in se templum sanctum, lapides preciosos. Templum enim Dei quod Judæi dissolverunt, Apostoli sunt; scriptum est enim Et habitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et addit sanctus Pater, quòd quando surrexit Dominus à mortuis, recordati sunt Apostoli, & crediderunt Scripturæ, & verbo ejus. Scriptura continet: Edificans Jerusalem Dominus dispersiones Israël congregabat. Psalm. 146. num. 2. Tanquam datum esset pro signo mirabili, quòd homines dispersi, ita facile unirentur.

Origenes vero hic, & refertur à Divo Thomâ in suo commentario, ait, quòd templum Dei hoc loco mysticè figurat Ecclesiam, & sicut in corpore Christi, ait Divus Thomas habitat Divinitas per gloriam unionis, & in Ecclesia per gratiam adoptionis. Et quamvis corpus illud mysticum dissolvi videretur adversariis tribulationum, quibus assurgit; tamen suscitatur in tribus, scilicet in die legis naturæ & in die legis scriptæ, & in die legis gratiæ, quia in his diebus, quantum ad alios corpus dissolvitur, quantum ad aliquos tamen vivit. Hæ sententiæ sunt valde n. ylticæ, & in sensu morali loquantur citati Patres.

Germana, & vera explicatio est, quod Christus Dominus loquatur de suo corpore vero, & reali. Ita Divus Augustinus, Divus Chrysostomus, Divus Cyrillus hic, Divus Isidorus Pelusiotâ lib. 2. epist. 212. D. Leo epist. decretali. 93. cap. 17. D. Fulgentius lib. 3. ad Theofymundum, cap. 33. Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura, Rupertus, & alij communissimè. Et aperte Evangelista ait, quod ipse dicebat de templo corporis sui quod intelligitur, non de corpore mystico, sed de suo corpore vero, & naturali. Et Christus Dominus dedit eis in signum suam resurrectionem, quæ est magnum, eximiumque miraculum, ut statim dicam.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Christus Dominus hic corpus suum appellat templum?

90. Matth. 12.

Potentibus signum Judæis Dominus dicere poterat, ut respondit Matthæi 12. num. 39. Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ, & tamen pro verificanda auctoritate efficiendi eos à templo non dicitur dari signum Ionæ Prophetæ; sed templum destruentium, & reedificandum triduo, cum tamen in utroque loco sermo sit de corpore Christi, ac idem sit Ionæ signum cum hoc de reedificando templo soluto. Quare ergo hic usus est nomine templi.

Sylveira in Evang. Tom. I.

Germana, & vera solutio est. Controversia est de templo materiali, à quo Dominus vendentes vera expulserat, & interrogabatur à Judæis, ut daret signum suæ auctoritatis circa hujusmodi expulsionem. Sermonis occasionem Dominus sua infinita sapientia accepit ab ipso templo, in quo versabatur, & de quo erat quæstio. Tandem si dicat, quaeritur signum, cur vos ejicio è templo ac cur reverentiam loci intendo restaurare; dabo vobis signum in hoc meo corpore, cujus hoc templum est figura, in alia restoratione, ac reedificatione valde mirabili dum hoc meum corpus in triduo resuscitabo. In quo ostendit potentiam suam divinam, ac se esse Deum, cujus est propria auctoritate resuscitare; ac maxime ad ipsum pertinere, reverentiam, ac sanctitatem sui templi illæsam conservare, omnemque ab eo ejicere immunditiam. Ideo occasione sermonis se templum appellat; sicut eadem occasione, quia Scribæ dicebant, quod Eliam oportet primum venire, Matth. 17. num. 10. dixit de Joanne: Si vultis recipere, ipse est Elias, Matth. 11. num. 14. Ob incidentem quæstionem Joannem appellat Eliam in officio.

91. Vera expl. casio.

Matth. 17.
Matth. 11.

Secundo Divus Ambrosius in Psalm. 47. ad illa verba: Suscepimus Deus misericordiam tuam; sic ait: Verè templum Dei caro illa, in qua nullum peccati potuit esse contagium, sed ipsa pro delicto mundi suis sacrificium. Vere templum Dei caro illa, in qua Dei imago fulgebat, & corporaliter plenitudo divinitatis habitabat. Corpus suum appellat templum, cujus figuram materiale illud templum gerebat, ut inde convincatur, quanta ei sanctitas debeatur, quantoque jure ab eo vendentes sint exclusi: in illo namque sanctissimo corpore coinquinatum nihil esse poterat: cum omnis in eo sanctitas, & puritas esset, ab eoque nostrorum peccatorum purificatio dimanaret, atque in eo imago Dei substantialiter inhabitaret: ita etiam templo illo, corporis Christi figuræ, puritas omnis, ac munditia debeat, cum illud in peccatorum esset explanationem, ac in eo peculiariter Deus assisteret. Ex quo convincitur, quanta Ecclesiis reverentia debeat, cum corporis Christi figuram gerant.

29. Ambros.

Templa Dei maxime veneranda.

Tertio Beda hic differens, quare Christus se templum appellet: Merito, ait, de templo illo tripico ejecti fuerant, qui ipsum verum Dei templum, in quo nulla prorsus peccati macula esse poterat, solvere per mortem quaerant. Ut innotesceret, quanto rationis pondere ab illo propullarentur templo, merito Dominus se templum dicit, nil enim convenientius esse potest, quàm quod à obinatur, domo, ac familia expellatur, qui domus, ac familia solationem inrendit, ac distractionem quaerit. Et ob hujus rei suspensionem ex consilio Philistinorum, Rex Achis Davidem à se dimisit, quamvis aliàs ei bonus, ac sicut Angelus Dei videretur. 1. Reg. 29.

93. Beda.

Qui destruit domum, abigend. abigen.

Quarto. Appellat se Christus templum, ut ira manifestaret, quanto dolore afficeretur super irreverentias, quæ ibi fiebant: nam in corpore Christi duplex ratio potest considerari; una prout erat corpus naturale Christi, altera prout erat templum, Dei, quam rationem sacer locus exprimebat. Appellat ergo se ipsum templum, ut denoter, quod plus anxiatur super injurias, quæ ibi fiunt, prout sunt contra seipsum, ut templum

94.

E. x. Dei,

Qua ad Dei homines pertinent, nobis chariora, quam propria.
Acto. 20. Dei, quam prout sunt contra seipsum, ut talis homo, & ut tale habens corpus: quæ enim ad Deum spectant, chariora nobis esse debent, quàm ea, quæ ad propriam vitam, commodum, ac utilitatem pertinent. Ait enim D. Paulus discipulis suis: *Quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil eorum vereor, nec facio animam meam pretiosorem, quam me,* **Acto. 20. num. 23. & 24.** Seu, ut legit ultima verba **Lorin.** *Non ibi ex Syriaco. Nec asumo animam meam pretiosam mihi.* Per animam ibi juxta communem sententiam intelligitur vita animalis, seu ipsa vita secundum partem inferiorem, prout carnalibus ministeris inservit; nomine sui ipsius intelligit partem superiorem, prout Dei imago ac templum est. Optime ergo ait **Apostolus:** *Nec facio animam meam pretiosorem, quam me; id est, non pluri ætimo vitam temporalem, quam me ipsum, ut uni Deo respicientem; sed multo charior sum mihi, prout Deo adhaereo, ejusque templum sum, quam prout vivo, ac vitam temporalem dego.* **Divus Bernardus serm. 30. in Cant.** ita ait: *Non inquit Paulus, facio animam meam pretiosorem, quam me; Ergo differentiam facis inter te, & animam tuam. Prudenter quidem tibi tibi pluris es, quam quidvis tuum. Sed quomodo non tua anima tu? Arbutur, quod quia Paulus jam tunc in spiritu ambularet, & mente consentiret legi Dei, quoniam bona est, idcirco banc ipsam mentem suam, tanquam principale, ac supremum quiddam sui, dignum duxerit sumere potius, quam sua cususpiram rei nomine designari: reliquum vero, quod constat, natura esse inferioris, & inferioris, proindeque vilioris essentia, quod est corpus, inhære indignum iudicans. Idem habet **Divus Basilius homilia, Attende.***

QUESTIO XIX.

Quare Christus Dominus pro signo dedit potius resurrectionem suam, quam quodcumque aliud miraculum, ac opus vite sue.

95. **Pro** autoritatis ac potestatis suæ signo suam Dominus resurrectionem dedit. In quo conveniunt omnes Patres, & Authores, & manifestè patet ex textu; dixerunt enim **Judæi:** Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Dominus, & ait: *Solvite templum hoc, & in triduo excitabo, seu resuscitabo illud.* **Quæstio præsens est:** Cur potius pro signo dat Dominus suam resurrectionem, quam aliud miraculum, v. g. resurrectionem Lazari, sanitatem Paralytici, vel restitutionem visus cæci nati? Vel poterat Dominus dare pro signo aliquam aliam vitæ actionem, verbi gratia suam prædicationem ad Ascensionem, vel miracula in passione facta.

96. **Chryso.** Respondet primò D. Chryso. in **Catena D. Thomæ, Propriet quid autem, ait, signum resurrectionis dat eis? Quoniam scilicet hoc maxime erat, quod ostendebat, eum non esse hominem purum, & posse adversus mortem statuere triumphantem, & tyrannidem ejus longam velociter dissolvere. Quia sua resurrectio erat quid insigne, &**

mirabile, ideo pro sui signo eam dat Dominus. Et ita ait D. Paulus ad **Rom. 1. num. 4. Qui prædestinatus est?** seu ut legit **Chryso. homil. 22.** **Chryso.** *in Joan. Qui declaratus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.* Ipsa resurrectio declaravit Christum filium Dei. Unde meritò ait **Divus Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana, c. 15.** fidem Christianam maxime fulciri per resurrectionem; nam sponte mortuus convincitur, qui tam citò resurrexit. Et maxime ostendit, quam voluntariè pro nobis animam posuerit, qui sic eam habuit in potestate resumere.

Secundò Rupertus lib. 3. in Joan. Hoc ergo 97. *signum respondere debuit; quod sufficeret ad argumentum sua divina majestatis. Unde enim magis veritas divinitatis ejus claruit? Unde magis justitia damnationis, vel dispersionis illorum constituit, nisi ex eo, quod crucifixus ab illis resurrexit à mortuis: Moyses namque, & ceteri sancti omnes mortui sunt, & nemo illorum resurrexit, hic autem crucifixus quidem est ex infirmitate nostra, sed vivit nunc ex virtute Dei.* Resurrectionem dat Dominus pro signo suæ divinitatis, quia in illa maxime manifestavit suam potentiam, dum resurrexit à mortuis, quòd Moyses, ac ceteri non sancti non fecere; & simul ostendit suam justitiam: *Unde enim magis justitia damnationis? dum confregit portas mortis, expoliavit infernum, alligavit diabolum, dissipavit contumaces, & exprobravit incredulitatem eorum, qui viderant, eum resurrexisse* **Marc. 16. n. 14.** Et nulla major esse potest divinitatis nota, quam simul cum potentia, ac potestate magna justitiæ metas servare, eaque non transilire. Deum Joannes cum majestate magna describit, & ait, quòd in capite ejus erant diademata, & quòd exercitus, qui sunt in caelo, sequebantur eum, & ait de ipso, quòd cum justitia iudicet, & pugnet, Imò de eo ita loquitur **Evangelista: Habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse, n. 12.** Quis ergo indicabit nobis, quis sit Dominus iste tam magnus, & omnipotens? Quid ait de ipso **Evangelista: Cum iustitia iudicet, & pugnet.** Qui igitur in tanta sublimitate justitiæ lanceam tenet, nullus alius nisi Deus magnus. **Primasius Africanus ibi, Hic, inquit, quem superius dixerat, debitam victoriam percepisse coronam, æquum, & iustum qui iudicet, & praliatur, ut Rex omnium saeculorum praliatur.** Expende ultima verba, dum enim Dominus cum iustitia iudicet, ut Rex omnium saeculorum praliatur.

Tertio D. Fulgentius lib. 3. ad Thrasymundum cap. 17. Solvite templum hoc. Hoc, inquit, respondit Jesus, ad demonstrandum in se veram mortalitatem hominis, & veram immortalitatem deitatis. Ostensa est igitur & veritas humana substantia, quam Judæi possent, ipso volente, dissolvere; & veritas divine naturæ, qua Christus templum sui corporis poterat suscitare. Ita Respondit Dominus ut omnibus innotesceret, quod ipse erat verus Messias, ac Rex in lege promissus, cum in ipso ut prophetatum erat, vera humanitas, & divinitas in unitate personæ inventa esset; ac proinde in promptu omnibus appareret, quanto jure vendentes

ejiciebant, cum ad ipsum maxime pertineret parentis domus honorem affectuosissime zelare. Quare ita ait Dominus fatur ad eos: *Solvite templum hoc, & in triduo readificabo illud; ut ante omnium oculos aperiatur, quasi sit hominis signum, quale Dei ingenium, & nota. Quid hominis? Solvite templum hoc, nil homini magis proclive, quam dissolvere, destruere, ac necare. Quid vero Dei? Readificabo illud: proprium enim Dei, restaurare, ac reintegrare destructa. Vide **lib. 3. c. 4. n. 123.** Quintò. Gloriosus finis omnia hominis opera maxime comprobatur: ideo Dominus dat pro signo resurrectionem suam; tanquam si dicat: Si meam auctoritatem scire vultis, expectate finem, scilicet resurrectionem meam, ex qua, quòd ego sim Deus: clarè patebit. Nam, ut ait **Rupertus hîc.***

Homini ingenium destruere; Dei vero adificare.

Ex sine tota vita probatur.

Rupert.

Cap. 5.

99. Cytill.

1. Cor. 15.

Omnibus benefacere, Dei nota.

100. Isai. 7.

Hieron. S. Thom.

Isai. 7.

98. Fulgent.

Christus verus Rex.

Hugo. Dominus ipse per seipsum, & non per alium dabit vobis signum, non quaecumque, sed inauditum, & inenarrabile, ac excellens: Ecce Virgo concipiet.

QUESTIO XX.

Quare Dominus signum valde ænigmaticum dederit?

CUM signa quærent Judæi, illud Dominus dedit, sed valde parabolicum, quod audientes non intellexerunt: eum tamen exhibere posset, quæ omnibus in promptu essent, verbi gratia, si mortuum resuscitaret, vel simile aliud miraculum ederet. Et quamvis Dominus aliquando Judæis signum petentibus dixerit: *Non dabitur eis, nisi signum Iona Prophetae.* **Matth. 12. num. 39.** Tamen hoc signum, quòd hic dedit, multo obcurius est, ut bene notat hic **D. Thomas.** Et ideo audientes, de templo materiali sermonem esse, putarunt; & coram **Caipha** objecerunt contra Christum: *Hic dixit: Possim destruere templum Dei, & post triduum readificare, Matth. 26. n. 61.* Cur ergo Christus Dominus non apertum, sed valde ænigmaticum signum dedit?

Respondent primò **Rupertus, Salmeiron, & alij.** Non dat Dominus manifestum signum, quod petebant Judæi, quia ei minime erant credituri, ne tunc videretur ad ostensionem signa facere, & non potius ad Dei Patris sui gloriam declarandam, & ad hominum miseriam sublevandam, multa enim mirabilia fecit Dominus, ut Lazari resurrectio; & tamen in eum non crediderunt. Si autem dixisset, se signum dare nolle, eum arguerent ut impotentem; ideo non apertè respondit. Secundò **Hugo:** Non dat Dominus signum, quod petebant, quia eorum dolosam mentem agnovit; & ipsi imbecilles erant ad capiendâ ardua, unde non apertè locutus est, ne nimis exasperarentur contra eum; si enim dixisset, quòd esset Deus, & quòd propria virtute esset resurrecturus à mortuis, scandalizati essent; & ideo hoc ænigmaticè significavit, ut post rei impletionem esset omnibus manifestum, quod dixerat obsecurum. Tertio **D. Chryso. homil. 22.** *Neque enim qui primum non petentibus signum dederat, petentibus negasset, nisi pravam, & fraudulentam eorum mentem cognovisset.* Similiter **Divus Thomas.** *Quia pravè quærebant, non dedit eis signum apertum, sed occultum in figura, scilicet signum de resurrectione.* Qui enim injustè, & iniquè petit, non est ei satisfaciendum, nec respondendum; dat tamen Dominus signum occultum, ut majestati suæ, auctoritatique consuleret.

Quartò **Divus Chryso. citatus:** *Multa tunc obscure ad eos locutus est; quæ post impletam prophetiam erant futura clarissima. Cujus autem rei gratia istud faciebat? Ut declararetur, cum illa eveniret, multo ante ea, quæ futura erant, prænovisse.* Prædictio futurorum magnus Deitatis est index. Ita ait **Isaias 41. v. 23.** *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & scietis, quia Dei estis vos.* Et ideo Dominus, ut se Deum manifestet, futura aperit, atque prædicat. Quintò. Signum à Domino datum Judæi non intelligunt, sed solum Apostoli post resurrectionem penetrant. Illi, ut inimici, non capiunt